7

# Sigismundus I. Rex Poloniæ Isabellæ Duci Barensi

Illma Princeps et Dnna Mater Nra Charma vetulit nobis iste Nunctius Vræ Illtis, eam gratia Deo melliuscule valere: quo magnam cepimus voluptatẽ. Nos etiam salvi et incolumes ex Litvania reversi sumus, eoq; die, quo huc applicuimus videlicet XB. huius Mensis Sernma conjux nra filiam nobis levi, et incolumi partu ptulit, quod solum imprimis curæ nobis fuit, et licet magis ex re posteritatis Nræ, et Status Regni Dominiorumq; nrorum fuisset, si filius natus esset, tamen cum illi ita placuit, apud quem rerum omnium est potestas, et cuius incompræhensibilia sunt iudicia et vie investigabiles, nos gratissimo animo id suscepimus, quidquid nobis elargiri voluit, sperandumq; ut cum de sua benignitate fecundam et facilis paritionis uxorem nobis dedit, filiũ etiam aliquando daturum Cœterum intelleximus non sine gravi dolore nro Cæsaream Mttem decessisse. Novit enim Illtas vestra, quanta nobis cum illius Mtte benevolentia, et fraterna coniunctio intercedebat. Anteq; vero illius Mttas e vita decessisset in omnibus nunctium nostrum quem ad Regem Catholicum in negotio vestræ Illrtis misimus, quantũ expediebat absolvit, is propediem, iam ut nobis scripsit apud Dnnum Regem Catholicum constituetur, et non dubitamus utrumq; defuncta Cæsarea Mtte, illum uti necessarium nostrum nobis gratificaturum, Concedamus nos mutue amori Vræ Illustritatis, quam Dnnus Deus nobis diutissime

servet

servet sospitem et incolumem. Datum Cra:
coviæ Januarij 1519.

Srme